



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum aliquando licitum fuerit concubinam habere? 5

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

Ad primum ergo dicendum, quod frequenter homo qui non vitat peccatum mortale, vitat aliquod peccatum veniale, ad quod non habet tantum incitamentum: & ita etiam Judas mendacium vitavit, fornicationem non vitans: quamvis illud mendacium perniciosum fuisset, injuriam habens annexam, si promissum non reddidisset.

Ad secundum dicendum, quod peccatum non dicitur mortale, quia morte temporali puniatur, sed quia puniatur morte aeterna: unde etiam furtum, quod est peccatum mortale, & multa alia, interdum non puniuntur per leges temporali morte. Et similiter etiam est de fornicatione.

Ad tertium dicendum, quod sicut non quilibet motus superbiae est peccatum mortale, ita nec quilibet motus luxuriae: quia primi motus luxuriae & huiusmodi, sunt peccata venialia, & etiam concubitus matrimonialis interdum. Sed tamen aliqui luxuriae actus sunt peccata mortalia, aliquibus motibus superbiae venialibus existentibus: quia in verbis Greg.<sup>8</sup> inducitur intelligentia comparatio vitiorum secundum genus, non quantum ad singulos actus. *\* in arg. 3.*

Ad quartum dicendum, quod illa circumstantia efficacior est ad aggravandum, quae magis appropinquat ad speciem peccati. Unde quamvis fornicatio ex magnitudine incitamenti diminuat, tamen ex materia, circa quam est, gravitatem habet maiorem, quam inordinata comestio, cum sit circa ea quae pertinent ad fovendum foedus societatis humanae. Et ideo ratio non sequitur.

ARTIC. V.

*Utrum aliquando licitum fuerit concubinam habere? 274.*

Ad quintum sic proceditur. Videtur, quod aliquando licitum fuerit concubinam habere. Sicut enim habere unam uxorem est de lege naturae, ita non habere concubinam. Sed aliquando licuit plures uxores habere. Ergo & habere concubinam. *c. meretrices, & c. in eod. 32. q. 2.*

¶ 2. Præterea, Non potest aliqua simul esse ancilla Supplementum. Pp la

la & vxor : vnde secundum legem ex hoc ipso quod ancilla in matrimonium ducebatur, libera reddebatur. Sed aliqui amicissimi Deo leguntur ad suas accessisse ancillas, sicut Abraham & iacob. Ergo illæ non erant vxores: & sic aliquando licuit concubinas habere.

¶ 3 Præterea, Illa quæ in matrimonium ducitur, non potest eijci, & filius eius debet esse hæreditatis particeps. Sed Abraham eiecit Agar, & filius eius non fuit hæres. Ergo non fuit vxor Abrahæ.

SED contra; Ea quæ sunt contra præcepta Decalogi, nunquam licuerunt. Sed habere concubinam, est contra præceptum Decalogi, scilicet, Non mechaberis. Ergo nunquam fuit licitum.

† in li. 1.  
et est de  
Abrahâ  
6.4 parâ  
ante me.  
80. 4.

¶ Præterea, Ambrosius † dicit in lib. de Patriarchis, Viro non licet quod mulieri non licet. Sed nunquam licuit mulieri ad alium virum accedere, dimisso viro proprio. Ergo nec viro vnquam licuit concubinam habere.

RESPONDEO dicendum, quod Rabbi Moyses dicit, quod ante tempus legis, fornicatio non erat peccatum: quod probat ex hoc, quod † ludas cum Thamar concubuit. Sed ista ratio non cogit. Non enim necesse est filios Iacob à peccato mortali excusari,

† Gen. 38

cum \* accusati fuerint apud patrem crimine pessimo, & in Ioseph necem & venditionem consenserint. Et ideo dicendum est, quod cum habere concubinam

\* Gen. 37

non matrimonio iunctam, sit contra legem naturæ, nullo tempore secundum se licitum fuit, nec etiam

\* art. 3.  
huius 9.  
ar. 3. hu-  
ius quæst.  
corp.

ex dispensatione. Sicut enim ex dictis \* patet, concubitus cum ea quæ non est matrimonio iuncta, non est conueniens actio ad bonum proliis, quod est principalis finis matrimonij: & ideo est contra prima præcepta legis naturæ, quæ dispensationem non recipiunt. Vnde vbi cumque legitur in veteri Testamento, aliquos habuisse concubinas, quos necesse sit à peccato mortali excusari: oportet eas esse matrimonio iunctas, & tamen concubinas dici: quia aliquid habebant

bebant  
cubina  
natur  
lis, vx  
faltem  
est ali  
nem,  
operur  
deerat  
enim  
matrim  
quid si  
minab  
Ad  
vxores  
sicut h  
ratio n  
Ad  
dispen  
las acc  
tum ac  
nij, f  
respici  
oppon  
Ad t  
per dis  
citant  
dispen  
candum  
Quod  
pertine  
hæres  
ter eti  
cob ex  
gultini  
filij &  
quàm  
cantur

bebant de ratione vxoris , & aliquid de ratione concubinz . Secundum enim quod matrimonium ordinatur ad suum principalem finem, qui est bonum proli, vxor viro coniungitur insolubili coniunctione, vel saltem diuturna, vt ex dictis patet \* : & circa hoc non est aliqua dispensatio . Sed quantum ad secundum finem, qui est dispensatio familiaris, & communicatio operum, vxor coniungitur viro vt socia . Sed hoc deerat in his quæ concubinz nominabantur : in hoc enim poterat esse dispensatio, cum sit secundarius matrimonij finis : & ex hac etiam parte habebant aliquid simile concubinis, ratione cuius concubinz nominabantur .

ar. 3. cor.

Ad primum ergo dicendum, quodd habere plures vxores non est contra prima præcepta legis naturæ, sicut habere concubinam, vt ex dictis patet \* : & ideo ratio non sequitur .

ar. 1. hz. ius q. ad 7. & 8. et art. presentis cor.

Ad secundum dicendum, quodd antiqui Patres ea dispensatione qua plures habebant vxores, ad ancillas accedebant vxorio affectu: erant enim vxores quantum ad principalem & primarium finem matrimonij, sed non quantum ad illam coniunctionem quæ respicit secundarium finem, cui conditio seruitutis opponitur, cum non possit simul esse socia & ancilla.

Ad tertium dicendum, quodd sicut in lege Moyfi per dispensationem licebat dare libellum repudij ad euitandum vxoricidium, vt dicitur \* : ita ex eadem dispensatione licuit Abraham eijcere Agar, ad significandum mysterium quod Apost. explicat Galat. 4. Quod etiam ille filius hæres non fuerit, ad mysterium pertinet, vt ibidem patet: & quod Esau filius liberæ, hæres non fuit, vt patet Romanorum nono. Similiter etiam propter mysterium factum fuit, vt filij Isaac ex ancillis & liberis nati, hæres essent, vt Augustinus dicit † : quia Christo nascuntur in baptismo filij & hæres; tam per bonos, quos libera significat; quam per malos ministros, qui per ancillas significantur .

q. 67. ar. 6. corp.

Tract. i. in Ioan. in medib illius, 19.

quod  
deba-  
as ac-  
yo ille  
ubinas  
citur,  
ditatis  
us non  
Deca-  
nam-  
n mo-  
arriar-  
d num-  
dimif-  
concu-  
yfes di-  
rat pec-  
m Tha-  
on enim  
cutari,  
ellimo-  
inc. Et  
binata  
tura †,  
etiam  
et, con-  
ca, non  
it prin-  
prima  
on reci-  
mento-  
e à pec-  
rimonio  
uid ha-  
ebant

